

Magnificum Dominum Benedictum Pakay, Personalem Praesentiam et Moysem Cziráky (non obstante unius vel alterius absentia cum autoritate Praesidi danda, ut loco absentium alios substituere possit) statim absoluta praesenti Diaeta, eisdem Regnicolis plenaria Jurisdictione restituantur. *)

Bona Praesidii Kapronczensis oneribus Regni subsint; et Capitanei, ac Praefecti Confiniorum, in Jurisdictionem Dominorum terrestrium sese non intromittant.

A r t i c u l u s 33.

Bona Praesidii Kapronczensis per Capitaneos ejusdem loci, extra omnem Fisci Regii et Regni utilitatem possessa; Jurisdictioni et oneribus Regni, in Dicis Regiis et Contributionibus solvendis, gratuitisque laboribus praestandis, ac Decimis; instar aliorum Regnicolarum sint subjecta:

§. 1. Neque Capitanei et Praefecti Confiniorum in bona et Jurisdictionem Dominorum terrestrium et liberarum Civitatum, sub amissione officiorum, sese intromittant, statutum est. **)

De Dica seu contributione a portis praestanda; et in duos annos imposita.

A r t i c u l u s 36.

§. 2. Turcis tamen subjecti dimidium solvant.

§. 3. Sic etiam Sclavonia juxta Anni 1596. art. 9.

De Contributione pro communis domus Regni restauratione: Annonae in Arcem Poseniensem reponendae coemptione: Restantiisque pro exolutione Custodum Coronae inexactis sub poena exigendis.

A r t i c u l u s 40.

§. 4. Caeterum Liberae et Montanae Civitates tam in Ungaria, quam Sclavonia existentes, in restauranda praescripta domo communi, pro ipsarum erga Patriam amore et studio gratificandi; auxilio esse non detrectent.

De terminis celebrationum Octavium et aliorum Judiciorum in Regno consuetorum. Pro quibus etiam certae personae e medio Regnicolarum denominantur.

A r t i c u l u s 64.

In Sclavonia vero pro Festo Epiphaniae Domini et Sancti Jacobi Apostoli in Civitate Montis Graecensis ***) celebrentur.

*) Allegatur et firmatur; An. 1635. art. 33. An. 1715. art. 113.

**) Renovatur; An. 1630. art. 25. §. fin. Allegatur; An. 1635. art. 35., 36. et 39. Item; An. 1638. art. 22. Et An. 1647. art. 48.

***) Seu in Regia Civitate Zagrabiensi.